

qui in gratiam Romanorum tam multos exantiarum agones bellicos. Tuis hinc laboribus cumulatorem reportas vicariam pensionem, ait Joannes: Dux siquidem creatus es, simul & stola consulari redimitus: æquum fuerit, ut circumpectus ad mentem revoces, quis olivæ, quis contra nunc sis: ex quanta rerum penuria emergeris ad presentem opulentiam: quibus fueris usus vestimentis prius, quam traiceris istrum; & ea confer, cum hoc quo ambrosios ornaris amiculo. Itaque animo reputa, & expende, quanta præmia paucis tuis laboribus repensa sint; & provideto, ne deprehendaris ingratus fuisse erga eos, qui ea tanto honore cumularunt. Eximius hic Doctor orbis universi ejusmodi sermonibus os oppulavit Gainæ, eoque adegit, ut ea de re prorsus conticeceret, aded ut Arcadius Joannis sapientiam masinoperè admiraretur, quod brevium verborum compendio potuerit ad officium revocare, & in ordinem redigere hominem cruentum adeo, & immanem, illiusque os adversus Deum impudens, & blasphemum obturare. Hactenus ille. Quibus videas oculis, manibusque continas illud Apostoli: Arma militiæ nostræ non sunt carnalia, sed potentia Deo ad destructionem munitionum: per ea enim non jura tantum Ecclesiæ servantur illæsa, sed ipsum quoque

B imperium; & leges publicæ defensæ, custodiæque subsistunt à barbarorum, ac tyrannorum hominum insultibus. *Georgius Alexandrinus Archiepiscopus auctor vitæ D. Joan. Chrysost. Theodor. lib. 5. histor. cap. 32. Tripert. hist. lib. 10. cap. 6. Baron. an. 400.*

Plerumque tentant hæretici Catholicorum Ecclesias sibi vindicare; sed eorum conatibus divina obliterant miracula. Unde Bonifacius Monasterii mei Monachus, qui usque ante quadringennium cum Longobardis fuit, à triduo mihi narravit: cum ad Spolethanam urbem Longobardorum Ariamus Episcopus venisset, & locum illic ubi foemina sua ageret, non haberet, cepit ad ejus civitatis Episcopum Ecclesiam petere, qui iam suo errori dedicaret. Quod dum Episcopus valde negaret, Ariamus ille B. Pauli Apostoli Ecclesiam se die altero violenter intraturum professus est. Sed divinitus excitate percussus à suis domum redactus est. *Vide supra Templorum presumatores puniti. D. Greg. lib. 3. Dialogorum cap. 29. & Bellarmin. lib. 1. de Christo. cap. 12.*

C TEMPLORUM SIGNIFICATIO TROPOLÓGICA. ALLEGORICA. MYSTICA. Ac primum.

D DE FORMÆ TEMPLI VETERIS IN SALOMONE ÆDIFICATI SIGNIFICATIO.

Quamvis Tabernaculum, & templum vetus figuram expresserit templorum, quæ in lege Evangelica ad Dei cultum exhibendum erigenda erant: nihilominus in isto templo, scilicet à Salomone ædificato, quatuor expositiones à veteribus considerantur, juxta quadrarium sensum, qui Scripturæ sacræ tribuitur.

Juxta historiam enim significatur in eo ædificium illud Dei cultui dicatum.

Juxta Allegoriam corpus Christi Domini, de quo *Joan. 2. Solvite templum hoc, & in tribus diebus excitabo illud, quod Evangelista exposuit, inquit: Ille autem dicebat de templo corporis sui, quem sensum persequitur *Rupert. in eodem. 3. Reg. 1. Timot. 3. Ut scias, quomodo oporteat te in domo Dei conversari, quæ est Ecclesia Dei vivi.**

Juxta Tropologiam, significat templum, quod per penitentiam, & alias virtutes Deo in anima nostra erigimus, ut semper nobiscum habere, cuius rei causa dicitur *1. Corin. 3. Nescitis, quia templum Dei estis, & spiritus Dei habitat in vobis.*

Anagogico sensu significat regnum cælestis beatitudinis, seu potius Ecclesiam triumphantem, in qua Deus habitat, ut in domo gratissima. Si enim Ecclesiæ militaris, in qua sunt multi peccatores, & qui justi sunt, sine venialibus peccatis non vivunt, domus & habitaculum Dei dicitur: quanto magis Ecclesia triumphans, in qua nullum peccatum est, sed justitia, & sanctitas, & perpetua Dei laus, juxta illud *Psal. 83. Beati, qui habitant in domo tua, Domine, in sæcula sæculorum laudabunt te. Hunc sensum ostendit nobis David in eodem Psalmo. Quam dilecta tabernacula tua; Domine virtutum, concupiscit, & deficiat anima mea in atria Domini.*

Ex his sensibus celebrior est apud Patres ille de Ecclesiæ militante, quem accuratius paulo explicabimus, non tamen ex reliquis penitus omittemus.

Templum igitur à Salomone ædificatum per septem annos Ecclesiæ significat, quæ à rege pacifico, & vero Salomone, de quo dicitur *Psalm. 71. Orietur in diebus ejus justitia, & abundantia pacis, donec auferatur luna, ædificatur per totum hujus sæculi templum, quod septennario numero intelligitur, quia per septem dies totum sæculi templum devolvitur, & nascensibus cælestis, quasi novi lapides profertur, ut ad ædificium.*

Anno quarto regni Salomonis fundatur, mense Zio, qui est mensis secundus, & anno undecimo absolvitur, mense Bul, qui est mensis octavus. Primus annus regni hujus Salomonis fuit templi legis naturæ, secundus fuit templi legis scriptæ, tertius fuit templum, quo Christus inter homines homo verus factus est, quo fecit convivium magnum prædicationis suæ, & præsertim corporis, & sanguinis sui optimatibus suis, id est, Apostolis, sicut de Rege Afflicto in ejus figuram scriptum est, *Esph. 1. Tertio igitur anno imperii sui fecit grande convivium cunctis Principibus, & pueris suis, fortissimis Persarum, & Medorum inclitis, & præfectis Provinciarum eorum se. Quartus annus est templum prædicationis Apostolorum, quo intrante multitudine gentium ædificari ubique cepit Ecclesia, sicut ait Apostolus *Romanorum 10. Sed dico: Non quid non audierunt? Et quidem in omnem terram exivit sonus eorum, & in fines orbis terræ verba eorum. Præterea quarto anno etiam Christi ædificata est Ecclesia, quia quarto anno prædicationis ejus inchoata, id est, ex quo baptizatus est, & discipulos habere cepit, fundata est Ecclesia ipso moriente, & legem veterem antiquavit, ac nova Sacramenta Ecclesiæ suæ reliquit. Eleganter autem dictum est mense secundo, ut *Beda capite quinto, & Angelmus* adnotant, ut intelligamus, templum fundatum fuisse peracto iam Pascha, quod videlicet primo mense celebratur, Scripturam tamen est *Nom. 9. Homo, qui fuerit immundus super animam, sive in via procul, in gente vestra faciat Pascha Domino in mense secundo. Immundus super animam dicitur, qui ex contactu hominis mortui immundus est: homo enim anima vocari solet per Synecdochen: Quia igitur plurimi ex Judæis, & Gentilibus non celebraverunt Pascha mense primo, cum immolatus est agnus, id est, non crederentur, cum Dominus crucifixus est, sed immundi erant super animam, qui mortuum contigerant, id est, pleni erant peccatis, quæ sunt opera mortua, & immunda, & erant in via, id est, remoti ab Ecclesiâ, ut ait *S. Paulus ad Ephes. cap. 2. Vos qui aliquando eratis longè, facti estis propè in sanguine Christi, celebraverunt Pascha mense secundo, id est, crederentur in Jesum Christum crucifixum, & ita ædificari cepit Ecclesia.****

Verum anno octavo, & octavo mense consummatum est templum in omni opere suo, & in omnibus utensilibus suis, quia cum universus numerus electorum expletus fuerit, & illi omnibus suis virtutibus, & meritis absoluti fuerint: in die judicii universa Ecclesia electorum in cælum transferetur, & nihil illi deerit, quia plene Deum possidebit, & habebit illud; Ostendit nobis patrem, & sufficit nobis. Ut ait *Beda cap. 17. Ubi mox subicit: Constat enim, quod dies judicii sæpè in scripturis octonario numero typicè exprimitur, eo quod hoc sæculum, quod septem diebus currit, sequatur. Unde & Propheta Psalmi titulum pro octava imposuit, quem ob meritum ejusdem districti judicii cantavit, ita incipiens: Domine, ne in furore tuo arguas me, neque in ira tua corripas me, &c.*

Sed cur anno quadringentesimo octogesimo egressionis filiorum Israel ex Ægypto fundatum est templum? Tabernaculum figura fuit Synagogæ, templum autem figura fuit Ecclesiæ ex gentibus congregandæ, teste *Beda cap. 5. Tabernaculum enim factum est, dum tempus veniebat templi faciendi, & ut venit, desinit in honore esse tabernaculum, & templum ab omnibus viscitur: ita lex vetera data est, donec veniret nova, & Synagoga flabat, donec tempus veniret ædificandæ Ecclesiæ.*

Tabernaculum ab Hebræis factum est principe Moysè, templum autem ab Hebræis, & Gentilibus ædificatum est rege Salomone, accessit videlicet Tyriis, & Sydoniis, & Giblitis artificibus. Synagoga enim Hebræos Magistros habet, Ecclesia autem ab Apostolis ædificata est, & ab eorum discipulis, id est, à Doctoribus ex Gentilitate vocatis à Christo, sicut

817 mo 1. amari. 117. 817. 3. sicut

817 mo 1. amari. 117. 817. 3. sicut

817 mo 1. amari. 117. 817. 3. sicut

sicut Salomone accesserit artifices ex Tyro, & Sidone, & ex A. Giblitis. Quoniam igitur quadringentes octoginta annis Tabernaculum stetit, totum tempus veteris legis, & status Synagogæ totidem annis significatum est, & statim abrogata veteri lege, desinit in honore esse Synagoga, & omnes gentes confluerè cœperunt ad Ecclesiam, juxta illud *Isaie. 2. Et fluent ad eum omnes gentes, & ibunt populi multi, & dicent: Venite, & ascendamus ad montem Domini, & ad domum Dei Jacob, & docebit nos vias suas, & ambulabimus in sententiis ejus.*

Edificatur templum in Monte Moria, id est, in monte visonum sive excelso, quia Ecclesia excelsa est, & super omnem doctrinam humanam, & super omnes Respublicas elevatur. *Isaie 2. Michæ. 4. Et erit in novissimis diebus preparatus mons Domini in vertice montium, & elevabitur super colles. In monte etiam ædificatur, quia illustris est, & undique videtur. Matth. 5. Non potest abscondi civitas supra montem posita, & ipsa proxima cælo est, & apra, ut ex eo videantur arcana cælestia, quæ ex nullo alio loco videri possunt.*

Edificatur in area Ornan, non Hebræi, sed quem Scriptura non tacuit esse Jebusæum, quia non in Judæa solum, sed in locis gentilitium, id est, in universo orbe, Ecclesia erat ædificanda.

Ornan est exultans, Jebusæus conculcatus, quia Gentiles, qui prius à visis conculcabantur, & ab immundis spiritibus, admitti in Ecclesiam exultaverunt, accepta Dei gratia, & spe futurorum honorum. *1. Petr. 1. In quem nunc non videntes creditis, credentes autem exultabitis læticia inenarrabili.*

Rectè quoque ædificatur in loco eodem, quo Abraham immolare voluit filium suum, & artem immolavit, quia Ecclesia in fidem, & cultum veterum Patrum succedit, sicut ait Apostolus *2. Corin. 4. Habentes eundem spiritum fidei, sicut scriptum est: Credidi, propter quod locutus sum, & nos credimus, propter quod & loquimur. Non enim in eundem Deum credimus, & eundem cum illis Deum invocamus, & colimus, non quidem eisdem sacrificiis, sed illa tenemus, quod significatur in Isaac, & in ariete, & in omnibus sacrificiis.*

Templum versum erat ad Orientem, & portam magnam habebat, quæ totum orientis solis lumine perfundebatur, quia Ecclesia Christi, qui sol justitiæ est, radios plenissime excipit, atque ita ab eo illuminatur, ut columna dicatur, & firmamentum veritatis, & omnibus hominibus in maximis tenebris versantibus ipsa sola luce plena est, nec ullo modo errari potest in credendis, aut agendis. *Isaie 4. Et creavit Dominus super omnem locum montis Sion, & ubi invocatus est, nubem, per diem, & fumum, & splendorem ignis flammantis in nocte. Alludit ad expressam hujus rei figuram, cum populus in interam promissionem tendens per diem columna nubis ducebatur per noctem columna ignis, ut dux esset itineris ejus usquequo tempore. *Exod. 13. Sed aperitissimè *Isaie 60. Surge illuminare Jerusalem, quia venit lumen tuum, & gloria Domini super te orta est. Quia ecce tenebræ operient terram, & caligo populos; super te autem orietur Dominus, & gloria ejus in te videbitur, &c.***

Potèrè *Venerabilis Beda* piè, & solidè etiam exponit mensuram templi hujus, & tres illius partes, in super ostia, & vela tam D oraculi, quam domus exterioris, & porticus. Item tres ordines cellarum, aliæque illius labricam concernentia, quæ omnia studiosus lector reperiet apud *Riberam lib. 1. de templo, multis capitulis deducta. Nos is omisit de ornatu, quod is magis nostro proposito servavit; quæque mystica significatione pauca ex eodem adseremus.*

\* ORNATUS TEMPLI MYSTICA,

ANAGOGICA, ET ALLEGORICA SIGNIFICATIO. Ac primum.

DE ORNATU EXTERIORI.

Fundamentum domus quodnam sit, aperit *Paulus* ostendit *1. Corin. 3. Fundamentum autem nemo potest ponere præter D. B. Theat. vit. Human. Tom. V. 11.*

id, quod positum est, quod est Christus Jesus. Qui (ait *Beda cap. 4.*) rectè ideò fundamentum vocatur quoniam, ut *Petrus* dixit, *Mat. 4. Non est aliud nomen sub cælo datum hominibus, in quo oporteat nos salvos fieri. Verum hic est primus lapis ædifici, lapis angularis cæteros continens, atque connectens: de quo *Isaie 28. Ecce ego mitam in fundamentis Sion lapidem, lapidem probatum, angularem, pretiosum in fundamento fundatum. Sed lapides, de quibus tunc loquitur, sunt Apostoli, & Prophete, sicut exponit Apostolus ad *Ephes. 2. Superædificato supra fundamentum Apostolorum, & Prophetarum ipso summo angulari lapide Christo Jesu. Ideò eleganter dictum est: Præcepitque Rex, ut tollerent lapides grandes pretiosos in fundamentum templi, & quadrarent eos: Fuerunt enim Apostoli, & Prophete quadrati, id est, ex omni parte, excisi, & politi, & æquales. *Beda. cap. 4. Qui bene lapides primo quadrati, ac sic in fundamento poni jubentur. Quadratum namque omne, quocumque vertitur, fixum stare consuevit. Cui nimirum figuræ corda assimulantur electorum, quæ ita in fidei firmitate consistere didicerunt, ut nulla occurrentium rerum diversitate, nec ipsa etiam morte à sua rectitudine status possint inclinari, &c. significat quadratum, ut in talibus videmus, quomodocumque proficiatur, semper rectum stare. ideòque de viro bono, & forti scriptum *1. Thimotee primo Ethicorum ad Nicomen. cap. 10. Fortunamque feret pulcherrimè, & omni ex parte concinna, ac æquabiliter, quippe qui verè bonus, atque quadratus est.*****

Domus recta erat laquearibus cedrinis, quia perfecti, quos in hac suprema contignatione significari diximus, omni virtutum varietate decorantur. Cedrus, inquit *Beda capite nono*, arbor est imputribilis omnino naturæ odoris jucundi, aspectus nitidi, serpentes accensa nidore veniens, ac perimens. Quæ perfectis quibusque conveniunt, quorum insuperabilis est patientia forma virtutum eximia, presentia cunctis gratissima, bonis auctoritas ad revivendos, confutandisque eos, qui vitari resistunt constantissima; qui & in hac vita, & in futura singulari præ cæteris sanctis eminentia fulgent, &c.

Suprema autem, atque extima domus pars cælum specians, super quam tabularum quinque cubitorum altitudinis ædificatum est, ne ascendentes caderent, beatitudinem cælestem significat, quæ tota in Dei aspectum convertitur; & cedrina est, id est, immortalis, & rutilissima, unde nemo decidere ullo eventu potest, ut ait *ibidem Beda.*

Quinque cubitos altitudinis habet: quoniam (ut idem scribit) ita nos in illa patria divine presentia claritatis adimplet, ut nihil aliud visus noster, nihil auditus, nihil olfactus nihil gustus, nihil tactus dulced habeat, nisi diligere Dominum Deum nostrum ex toto corde, tota anima, tota virtute: Diligere & fratres tanquam nos ipsos.

Lapides totius domus dolati, atque perfecti fuerunt, & malleus, & securis, & omne ferramentum, non sunt audita in domo, dum ædificaretur. Lapides ex quibus totum domus ædificium constat, quatenus ut primum quoddam subiectum consideratur tabularum cedrinarum, & cælarum, & auri, naturam nostram significant, cui deo gratia accedit, & virtutum: quatenus verò domum ipsam constituunt, & domus ipsa sunt; indicant beatos, qui lapides sunt, cælestis templi, domumque illam beatam, atque supernam Hierusalem conspiciunt.

Ut ergo lapides in monte ipso, unde excudebant, dolabantur, & quadrabantur ut in templo collocarentur, nec ibi ad dolationem ullam ferramentum audiebatur: ita electi in hac vita laboribus, & ærumnis exercentur, & dolantur, ut suis quibusque locis in cælesti beatitudine disponantur, & (ut ait *Beda cap. 7.*) castigatione, uno impleti spiritu perfundantur. Quod eleganter in Ecclesiastico hymno indicatum est.

Tunfionibus, pressuris expoliti lapides, Suis constantur locis per manus artificis. Disponuntur permanjuri sacris ædificiis.

Potest juxta hunc sensum in tabulis cedrinis, quibus teguntur lapides, perpetuas beatitudinis significari, in laminis aureis fulgor, atque præstantia maxima ejusdem beatitudinis: in cælaris, varietas, ac multitudo gaudiorum, quæ & perpetua sunt: & ideò cælarum factæ sunt in tabulis cedrinis, & eximium fulgorem, atque admirabilem præstantiam habent. Et ideò cælarum etiam sunt in auro: quiquid enim

enim gaudii est in vita hac non magis, cum gaudiis illis comparari potest, quam terra cum auro.

Clavi quibus hac connectuntur, sunt dulcissimi affectus amoris. Verum hac ad Anagogicum sensum spectant. Juxta priorem, lapides dolantur, ut non auidiat ferramentum, cum domus edificatur, quoniam ut templum Dei efficiamur, id est, ut non solum gratiam habeamus, sed tales etiam sumus, ut in nobis diu, quasi in propria domo, permaneat Deus, & conquietat, exercitatione virtutum naturam nostram dolare, atque expolire debemus, id est, affectus nostros comprimere, ut ita domus Dei edificetur.

Fenestrae templi (ut ait Beda c. 7.) doctores Ecclesiae sunt, qui dum fidei mysteria, & facienda docent, per eos lux ad reliquos ingreditur. Ideo dictum est Matth. 5, Vos estis lux mundi.

Fenestrae obliquae sunt. (eodem auctore) quia nimirum necesse est, ut quisvis jubat supernae contemplationis, vel ad momentum perciperit, mox sinum cordis amplius castigando dilaret, atque ad majora capessenda soletur exercitatione praeparat, &c.

Sunt etiam introrsum latiores, quia etsi magna latitudo charitatis cerni in eis debet exterior, major intus debet in corde servere. In corpore Christi fenestras interpretari possumus vulnera, quae cum magna ostendant charitatem, multo tamen major erit in eius corde intus.

Erant autem fenestrae in tribus lateribus templi, id est, in omnibus, praeterquam in Orientali, & in omnibus contiguationibus, quia omnium conditionum homines lumine solis iustitiae indigent, quod per doctores Ecclesiae, & per spirituales viros diffunditur. Latus Orientale, quia magnam habet januam, & Orientis solis radiis plenissime perfunditur, fenestris non indiget; quia pars illa Ecclesiae, quae plene a Deo illuminatur in beatitudine, non necesse habet ab hominibus doceri; Apocal. 21. Et civitas non eget sole, neque luna, ut luceant in ea: nam claritas Dei illuminavit eam, & lucerna ejus est ignis.

ORNATUS INTERIORIS SIGNIFICATIO.

Tabulae cedrinae, quibus tota domus tegebatur, insuperabilem virtutum praesentiam, ac venustatem significant, ut ait Beda capite 11. Est enim cedrus arbor odorata, & incorruptibilis; & quasi filii Ecclesiae toti esse debent virtutibus pulchri, & odore pleni boni exempli, perseverantiaeque in bonis operibus venerabiles, recte domus tota cedro tegitur.

Tabulis cedri omnia vestiebantur, nec omnino lapis apparere poterat in pariete, quoniam talis debet esse vita nostra, ut naturae vitia omnino, si fieri possent, abscondantur, & sola virtutes in nobis appareant, quod Sancti per gratiam Christi perfecte in hac vita obtinent, sed in futura plene, atque perfecte obtinebunt.

Pavimentum tegebatur tabulis abiegis, quia nostrae parvitas cognitio, id est, humilitas, firma debet esse in nobis, & semper virens, dum hic vivimus.

Pavimentum autem oraculi tegitur tabulis cedrinis, quia in beatis firma, & incorruptibilis est haec sui ipsorum cognitio, & odorem suavem emittit, id est, Deo gratissima est, & ceteris beatis.

Tabulae omnes tomo expolire sunt, quia virtutes nihil habere debent informae, aut impolitae, sed omnia ad regulam rationis divinaeque legis facienda sunt.

Juncturas habent fabrefactas, quia virtutes inter se junctae, & connexae sunt, & altera pendet ex altera.

Calaturas eminentes habent, quia prodire foras debent, ad laudem Dei, & exemplum fratrum.

In calaturis sunt palmae, id est, crebrae nostri ipsorum victoriarum & Cherubim, id est, vitae, & puritatis Angelicæ imitatio & flores, id est, varia bonorum operum pulchritudo.

Laminis aureis omnia tegebantur, quia aurum charitatem significat, juxta illud Apoc. 3. Suadeo tibi emere a me aurum signum, & probatum, ut locuples fias. Charitas autem est ornamentum, & pulchritudo bonorum omnium.

Laminae sunt quadratae ad regulam, ut nullus hiatus appareat, quia juxta regulam divinae voluntatis nihil esse debet in operibus nostris, quod non sit cum charitate conjunctum.

Habent laminae suas calaturas prominentes, quia charitas latere non debet, sed foris prodire: ita tamen ut illae calaturae

ris tabularum respondeant, quia una debet esse, & eadem virtutum, charitativae manifestatio, id est, nec virtutes sine charitate manifestandae sunt, nec charitas sine virtutibus.

Clavi aurei sunt verba Scripturae caelestes promissiones continentia, & timorem Dei docentia, quibus in virtutum studio continemur, ne deficiamus. Eccl. 12. Verba sapientum quasi stimuli, & quasi clavi in altum defixi.

Appendebat autem quinquagenos siclos, quoniam quinquagenario numero significatur in Scriptura, ut ait Beda capite 12. remissio peccatorum, & gratia Spiritus sancti, & aeterna requies. Psalmus enim quinquagesimus est remissionis, & annus Jubilaei quinquagesimus est, & Spiritus sanctus quinquagesimo die descendit in Apostolos. Verba autem divina, quibus in bonis operibus continemur, remissionem nobis peccatorum pollicentur, & gratiam Spiritus sancti, & aeternam requiem.

In pavimento mille erunt calaturae, quia humilitas videri refugit, & latere, atque conculcari cupit. Habet quidem ipsa opera sua externa, sed haec maxime ostendit, dum se planam, & aequalem, & calcabilem praebet.

\* SIGNIFICATIO FORMAE TEMPLORUM LEGIS EVANGELICAE.

De hac re nonnulla diximus supra, ubi de forma templorum Christianorum egimus, praeterim ubi rationem dedimus, cur Ecclesiae Christianorum jam olim versus orientem edificarentur.

Ceterum qua forma, five figura olim primi Christiani Ecclesias edificavit, docent antiquissima templa Constantinopolis, Romae, & alibi. Ut quorum membra ita disposita sunt, ut quantum licet in re parva, maximam molem representent, similitudinem quandam Hierosolymitani templi redderent: in quo erat atrium, Sancta, & Sancta Sanctorum, ad officia diversorum ordinum obeunda. Sic etiam in Christianorum Ecclesiis tres partes principales denotantur: vestibulum, quod & atrium, ubi manebant penitentes, & alii, quibus ab Ecclesia aditus negabatur. Templum deinde, five navis, ubi populus: denique sacrum, five Sanctuarium, quod erat divinum a templo reliquo, gradibus, cancellis, & velo, neque eo alii penetrabant, quam Sacerdotes, & Clerici.

Quo praeterea Paslophoria in eisdem exstrui consuevit, apud Clementem legitimus, quae a Paulo vocatur, Secretaria, hinc inde apud absidem posita, quorum usum duo haec disticha ab eodem de super ipsa inscripta declarant.

A dextera aspidis: Hic locus est veneranda penus, qua conditur, & qua promittit alma sacri pompa ministerii.

A sinistra ejusdem: Si quem sancta tenet meditando in lege voluntas, Hic poterit residens sacris intendere libris.

Erant insuper in eadem Ecclesia pulchra altaria, nam cum ea essent sepulchra Martyrum, ubicunque erat tumulus martyris, illic erigi consuevit altare, & quidem Gregor. meminit de 23 altaribus in una Ecclesia excitatis.

Et haec forma in iis Ecclesiis se ostendit, quae a religiosissimo Imperatore Constantino fuerunt a fundamentis exstructae. In antiquioribus enim non ita licet, quandoquidem omnes quotquot erant in orbe Romano Christiana religionis Ecclesiae, H. Diocletiani, & Maximianii Imperatorum edicto fuerint ad solum prostratae.

Quid vero ea forma, & structura nobis significandum proponat, investigandum est. Imprimis plerumque Ecclesiae construuntur in formam Crucis: immo priusquam fundamentum ponatur, solet Episcopus locum crucis formatione designare ad significandum, inquit Durandus, nos munde crucifixos, & crucifixum sequi debere, ac crucis meritis inniti oportere preces nostras.

Unde etiam loco editorum, quem Orale vocant, & figuram gerit vel montis Calvariae, vel gloriosi ascensus Domini, quo ingredientibus factum oculis subiciatur, crucis imago ponitur. Oportet enim Christianis exemplo Pauli gloriantur in Crucem Domini nostri Jesu Christi, in quo est vita, salus, & resurrectio nostra.

Fulcitur etiam ordinari Ecclesiae columnis, per quas denotantur Ecclesiae Doctores, qui thronum Dei sustinent, quomodo

quomodo olim Moyses in ingressu tabernaculi fecisse legitur A. columnas. Eoque loquendi riu dicit S. Paulus de Jacobo, Petro, & Joanne, quod videbantur columnae esse. Et in Apoc. S. Joannes? Qui vicerit, faciam illum columnam in templo Dei mei.

Per fenestras adumbratur Sanctorum cum Deo regnantium exemplum, & imitatio, ut quorum lux coram hominibus, iisque omnibus, qui in domo Dei erant, illuxit, aut significant divinarum Scripturarum splendorem, quo omnis errorum tenebrae propellantur, & illuminantur, qui ad Ecclesiam venierunt.

Orium principale est Christus, per quem, qui non intraverit, instat furis habendus est.

Qua vero Templa velut astra sunt, & refugia Christianorum, ideo ut ab omnibus videantur facilius, & excitentur, ut conductoq; terrenis occupationibus positus huc mentem collecto, & spiritualibus, seu verbis, seu Sacramentorum epulis reficiendi advolet. Turris superponitur aliis aedificiis eminentior, per quam Pastorum conversatio omnibus exponitur, & vigilantia, cujus symbolum est specula, B. denotatur.

Hinc etiam Gallus Gallinaceus supra turrim positus Praedicatorum fedulitatem indicat. Gallus namque profundae noctis pervigil, hora cantu suo dividit, dormientes excitat, diem praecinit venientem: at prius seipsum alarum remigio, & verberibus fuscitat, singula mysterium suum habent.

Nox est saeculum praesens: dormientes sunt, qui peccati sapore immerguntur. Hos praedicatoris peccati somno excitare oportet, ut abiciant opera tenebrarum, & induant arma lucis.

Ac necessarium est, ut primum mores suos castigent, vitamque componant, priusquam docendi munus assument. Verum quemadmodum Galli omni ventorum turbinum caput opponit, seque vertit in omnem plagam: sic illi nunc increpando, nunc arguendo, opportune, importune, foriter resistant venientibus in vestimentis ovium, & pro animarum sibi creditarum salute animam ponant, tanquam rationem de iis reddaturi.

Campanae vero voces sunt Praedicatorum in omnem terram sonitum emittentium: significatque olim per tubas argentaeas, C. quibus in veteri lege populus ad sacrificium convocabatur: five per tintinnabula, quae fimbriae vestimenti Pontificii, ut in Sancta Sanctorum ingressus audiretur, iussa sunt apponi: siquidem ad modum campanae debent Pastores commissum populum vocare ad fidem, immo abducere exemplo Christi eos, qui non sunt ex suo ovili, ut fiat unum ovile, & unus Pastor.

Ingredientibus Ecclesiam primo se offert Altare, unum, vel plura, pro loci exigentia.

Fuit autem primitivus Noe, qui altare construxit: post hunc Abraham, Isaac, & Jacob. Erantque lapides erecti, per unio-

nem sanctificati, super quos victimas Deo offerebant. Salomon altare aureum edificavit, & ex hinc usus obtinuit fabricandi altaria, quasi altas aras. Et quidem vetus altare, quod holocausti appellabant, erat ex lignis Sethim, laminis aereis contextum, omniaque sacrificia, quae in illo peragebantur, figurabant crucem Domini, & sacrificium in eo peractum, ut plerique Patres docent, & videre est apud Turrianum Tra. Statu de Eucharistia cap. 22.

Nostra vero Altaria representant eandem crucem, quae instar altaris factae cruentum sacrificium Deo patri exhibuit. Unde D. & quatuor illius cornua, quatuor mundi plagas designant, pro quibus Christus se Patri obtulit, & quotidie in Ecclesia immolatur. Alioquin etiam per Altare Christum significari vult, Durand. in Rationali Divinarum Officiorum, sine quo nostra accepta esse non possunt: per illum enim accessum habemus ad Patrem, nisi dicamus per altare etiam designari mensam, in qua cum discipulis supremam cenam sumpsit, vel mensam illam, quam discipulis, & se sequentibus disposuit, ut super eam cum illo manducaret, & bibant. Quamvis & Altare externum nos monet Altaris nostri interioris: cordis, inquam, in quo oportet offerre holocausta, id est, opera charitatis, igne accensa, dicuntur namque holocausta, ab hoc, quod est totum, & videri, quod est incendium: quasi tota, inensa.

Plura forent examinanda circa hanc materiam, ut introitus varii, per quos beneficii novae legis amplitudo, & refugii libertas designatur, ac promittitur divini auxilii. Item cancelli, gradus, ac locorum distinctio: denique alia nonnulla. Verum cum tam obvia non sint, quam priora, neque tam cla-

ram sui demonstrent significationem, eadem ex proposito, quia breves esse laboramus, praeterimus: remittentes lectorem ad Rationale Guill. Durandi supra allegatum.

\* CEREMONIARUM, ET RITUUM, QUAE IN DEDICATIONE, ET CONSECRATIONE Templorum adhibentur, significatio.

Ubi etiam celeberrimos caeremoniae recensentur.

Videantur pleraque supra in Tit. de Dedicatione, ubi unum finem dedicationis Ecclesiarum adduximus. Praeter quem tamen alius finis est caeremoniarum, quas in Templorum consecratione adhibent Ecclesiae Praelati, videlicet ad significandum Christum, & Ecclesiam. Ecclesia enim materialis, Ecclesiam spirituales designat: altare vero significat Christum: hinc igitur altare fit ex lapide, & iungitur, & summo loco ponitur, & sub ipso absconduntur reliquiae: quia Christus dicitur Petra 1. Cor. 10. & unctus fuit Spiritu sancto, praefortibus suis, Psalm. 44. Et caput est totius Ecclesiae, Coloss. 1. Et in ipso abscondita est vita, & gloria Sanctorum. F. Coloss. 3. Unde etiam in caelo vidit Joannes animas Sanctorum sub altari. Apoc. 6.

Porro caeremoniae, quae fiunt in ipsa consecratione, totum progressum fidelium demonstrant. Nam primo loco pulsatur, & aperitur templum baculo Pastoralis ab Episcopo, quia Praedicator potestate a Christo accepta corde infidelium pulsant, & ad fidem suscipiendam aperiunt.

Secundo, ingressus Episcopus eodem baculo describit in pavimento cinere conferso Alphabetum, quia Praedicator eadem potestate in cordibus poenitentium inscribitur rudimenta fidei, eosque Catechumenos facit.

Tertio, aspergitur templum aqua, & cerei accenduntur, quia post Catechismum sequitur Baptismus, quod est Sacramentum illuminationis.

Quarto, in parietibus pinguntur, & iunguntur cruces (nam etiam si cruce ante initium consecrationis factae sunt, tamen hoc tempore fieri debuisse: sed ante factae sunt propter commoditatem, nimis enim diu expectaretur, si in ipsa consecratione pingentur) ad significandum Confirmationem, quae post Baptismum cruce, & Chrismate perficitur. G.

Quinto, fit mixtio quadam aquae, cineris, salis, & vini, quia tota vita fidelium consumi debet in mortificandis vitiis, & vitae novitate quaerenda, & retinenda. Nam aqua significat hominem, qualis est ex se post peccatum; est enim trigidus, & insipidus. Cinis significat poenitentiam, & mortificationem vitorum. Sal saporem. Et vinum laetitiam, & fervorem novae vitae.

Sexto, agitur dies festus cum lacticia, finita consecratione, quia post finem hujus vitae fideles intrabunt in gaudium Domini, ubi perpetuo laetabuntur. Haec, & familia vide apud Augustinum, & Bernardum in sermonibus de dedicatione, & apud Hugonem, Ivonem, & Rabanum, qui sigillatim explicant rationes harum caeremoniarum.

\* ERRORES CIRCA TEMPLA, EORUMQUE ENODATIO.

Ac primo.

CIRCA EORUM STRUCTURAM.

Duo genera hostium habuerunt templa Dei. Unum eorum, H. qui re ipsa templa evertebant; non odio templorum, sed odio gentis, aut religionis. Aliud eorum, qui templa ipsa, vel eorum aliquod oderant tanquam malum. Primi generis fuerunt Nabuchodonosor, Antiochus, Pompejus, Callius, Titus, qui templum Salomonis vel incendierunt, vel profanarunt, non odio templi, sed gentis. Vide 4. Regum ultimo, 1. Machabaeorum 10. Josephum libro decimo quarto Antiquitatum, & libro septimo de bello Judaico. Cornelium Tacitum libro vigesimo primo, & Augustinum libro decimo octavo de Civitate Dei, cap. 45.

Christianorum Ecclesias Diocletianus iussit omnes solo equari, non odio templorum, sed religionis Christianae. Eusebius lib. 8. histor. c. 1. Idem facere voluisse Julianum scribit Hieron. epist. ad Riparium.

Ariani quoque, & Donatistae templa Catholicorum profanabant, & spolabant, non odio templi, sed religionis. Vide Athanasium in Apol. profuga sua, & Theodor. lib. 4. hist. c. 19. & 20. & Optatum lib. 6. contra Parmen.

Ad aliud genus pertinent imprimis Manichæi; nam Faustas apud Augustinum libro 20. cap. 3. & 4. obicit Catholicis; quod haberent templa, & altaria more Gentium, & Judæorum.

Manichæos sequuti Messaliani templa omnia, & altaria execrabantur, & solum in suis domibus orare volebant Deum, ut refert Damascenus lib. de centum hæresibus.

Eodem ferè tempore Eustathius templa omnia, & præcipue Martyrum detestabatur, esse Secrate libro 2. historiarum c. 33. & in privatis domibus conventicula fieri volebat.

Petrobrusiani templa destruebant, novaque templorum fabricas iridebant. Auditor Cluniacensis in epist. contra Petrobrusianos. Et auditor vita S. Bernardi lib. 3. c. 5.

Idem docuerunt postea Albigenes, ut refert Bernardus Luguburgensis in Catalogo. Idem docuerunt Vvaldenses apud Claudium Causfordium lib. contra Vvaldenses, c. 6. Idem Vviclefita. Thomas Vvaldensis tom. 3. tit. 17. & 22. Item Tabortice. Aeneas Sylvius de origine Bœmorum cap. 35. Idem Anabatista Transylvani, in antithesibus Christi veri, & Christi falsi, editis Albo Julio anno M. D. LXXVII.

Ceterum convincunt illos testimonia evidentia S. Scripturæ Dei ipsius in primis dicentis Isaia 66. Cœlum mihi sedes est, terra autem scabellum pedum meorum, & quam domum ædificabitis mihi?

Et de templo manifesto, inquit Christus Joan. 2. Auferte ista hinc, & nolite facere domum patris mei domum negotiationis. Et Matth. 21. Domus mea, Domus orationis vocabatur.

Deus igitur unus, & idem in utroque Testamento approbat templa, in quibus adoratur, & non approbat templa, quibus puerit inculdi: quomodo idola, id est, Dii Gentium verè in templis continebantur, nec inde poterant exire, nisi qui eos affirerant parietibus, inde detrahere, & asportare vellent. Multa in hujus confirmationem diximus supra Tit. de Templorum antiquitate.

CIRCA FINEM.

Lutherani, & Calvinistæ admittunt templa, sed solum ad concionandum, & Sacramenta ministranda; reprehendunt autem, quod fiant templa ad orandum, quod in honorem Sanctorum, quod consecrentur certo ritu, quod magnis sumptibus ornentur. Nam Magdeburgenses Cent. 4. cap. 4. col. 407. & 409. multa dicunt contra ritus consecrandi Ecclesias. Et in præfat. Cent. 6. reprehendunt Catholicos, quod ingentibus sumptibus fabricent Ecclesias, easque in Martyrum honorem.

Joannes Calvinus præfat. Testim. reprehendit ornatum templorum ex auro, argento, stercore, lapidibus pretiosis, &c. & lib. 1. c. 11. §. 13. ornamenta templorum solum esse vellet concionandi, & Sacramenta lib. 3. c. 20. §. 30. dicit, templa quidem erigi debere ad communes preces fundendas, sed non esse putandum ullam inesse templo sanctitatem.

Verum contra horum errores latè finem templorum profectum sumus peculiari titulo. Item ritum consecrationis, ornatum tam exteriorum, quam interiorum, aliaque eo facientia.

De oratione in templo magis efficaci, quam extra illud, diximus in loco de Oratione, & infra pleraque adiectus.

D. TEMPLA AD CONCIONES ERIGI. CONTRA ANABAPTISTAS.

Probat id primum Christi, & Apostolorum exemplum, ut nihil dicamus de veteri Tabernaculo, & Templo, ubi lex populo proponebatur; qui quamvis interdum data occasione, in variis locis verbum Dei seminarent; tamen ordinariè in templo, vel synagoga, quæ erant ejus temporis Ecclesiæ, id faciebant. Matth. 26. Dominus sic ait: Quotidie apud vos sedebam docens in templo, & non me tenuistis. Et Joan. 18. Ego palam loquutus sum mundo, ego semper docui in synagoga, & in templo, quò omnes Judæi conveniunt, & in oculo loquutus sum nihil.

Ad. 14. Angelus educens Apostolos de carcere, dicit illis: Ite, & stantes in templo loquimini plebi omnia verba vite hujus; qui cum audissent, intraverunt diluculo in templum, & docebant. Actorum 13. Paulus, & Barnabas missi ad prædicandum, primum intrant in Synagogam, & ibi prædicant.

Quin primi Christiani habuerunt Ecclesiæ à domibus distinctas, ut patet ex Epist. 1. ad Corinth. c. 11. Conveniētibz vobis in Ecclesiam, audio scissuras esse inter vos: At quod ista Ecclesia non esset privata domus patet ex sequentibus: Nunquid domos non habetis ad manducandum, & bibendum, aut Ecclesiam Dei contemnitis? Et rursum: Si quis esurit, domi manducet, ut non in iudicium conveniat, &c. & c. 14. Mulieres in Ecclesiis taceant, si quid autem voluit dicere, domi viros interrogent.

Accedunt his testimonia veterum Patrum. Nam Clemens lib. 10. recognitionem, circa finem, refert Antiochia Petro prædicante conversam fuisse Theophili domum in Ecclesiam, ibique Petro Cathedram conlittam, unde doceret populum.

Pola in libro de vita theoretica supplicum, quem citat Euseb. lib. 2. hist. c. 17. scribit, primos Christianos in omnibus locis constituisse aedes sacras ad mysteria celebranda, & sacros libros legendos.

Justinus in Apolog. 2. ad finem, dicit, Christianos die Dominico in unum certum locum omnes convenire ad verbum, & Eucharistiam communionem.

Tertullianus antiquissimus Latinorum libro contra Valentianos, expressè meminit sacre aedis ad quam Christiani conveniebant.

Cyprianus sermone de Eleemosynis arguens Mulieres opulentas, quæ in Ecclesia, sine oblatione veniebant. In Dominicam, inquit, sine sacrificio venis, & partem de sacrificio, quod pauper obtulit, sumis. Ubi Dominicam Ecclesiam vocat, quia domus illa sacra, Domini palatium est. Vide Mimula à Deo circa templorum erectionem patrata, supra.

AD HONOREM SANCTORUM CONTRA LUTHERANOS, & CALVINISTAS.

Concilium Gangrense in epistola ad Episcopos Armenie, damnat Eustathium tanquam contemptorem Basilicarum sanctorum Martyrum, Et Canone 20. nominat Martyrum Basilicas.

Concilium Cabilonenſe Canonis ultimo. Martyrum Basilicas appellat.

Concilium Carthagenſe 7. Canone 14. vctat, ne aedes ulli Martyri ædificentur, nisi ibi sit, aut corpus, aut alique ejus reliquie, aut ibi Martyr habitaverit; aut certe in eo loco passus sit, aliquid enim horum requiritur, ut memoria Martyris dici possit locus aliquis.

Præterea Patres idem docent, ac primum Græci. Cyrillus Cateches. 16. meminit Ecclesiæ Apostolorum erectæ in Hierosolymis in loco, ubi Spiritus sanctus descendit.

Athanasius in epistola ad solitariam vitam agentes, nominat templum S. Quirini.

Basilius in Psalm. 114. in principio vocat sacrum Martyrum templum.

Naxianzenus oratione prima in Julianum, scribit Gallum, & Julianum aedem sacram Mama martyri ingentibus sumptibus erigere coepisse, & laudat Gallum, quia ex amore sincero id faciebat.

Gregorius Nyſſenus orat. in Theodorum, multa dicit de templo ipsi Martyri dicato.

Corsyſſionus homilia 28. ad populi. Ad veras, inquit, regias Ecclesias dico, & oratorias aedes, & Martyrum templa, &c.

Et homil. 66. dicit Constantinum post mortem factum patrem piscatoris, qui sepultus erat pro foribus basilicæ S. Petri apud Constantinopolim.

Theodoretus lib. 8. ad Græcos, templa olim idolorum, nunc Martyrum esse dicit.

Eusebius lib. 4. de vita Constantini c. 58. §. 9. & 60. dicit templum pulcherrimum Constantinopoli Apostolis à Constantino erectum.

Sozom. lib. 6. c. 18. meminit templi S. Thomæ, quod erat Edeſſa.

Socrates lib. 1. cap. ult. meminit Ecclesiæ Apostolorum.

Evagrius lib. 2. c. 3. meminit templi S. Euphemie, & 13. c. 8. templi S. Theclæ amplissimè à Zenone extructi.

Nicoph. lib. 3. c. 37. meminit templi S. Basilicæ.

Damas. lib. 4. c. 16. asserit templa in Martyrum memoriam ædificanda.

Denique extat liber Procopii de ædificiis Justiniani, ubi plurima templa Martyrum, aliorumque Sanctorum enumerat.

Ex Latinis Ambrosius lib. 1. epist. 5. ad Felicem Episcopum Comensem. Ortus, inquit, est sermo de basilica, quam condidit, Apostolorum nomine dedicanda.

Hieronymus lib. contra Vigilantium; Ingredere, inquit, Basilicas martyrum, & aliquando purgaberis. Ibidem & in epistola præcedente, & alibi passim meminit Basilicarum Apostolorum, & Martyrum.

Gaudentius Ambrosii æqualis, tractatu de dedicatione Ecclesiæ. Ut venerandas Sanctorum reliquias haberemus, Deus nos ter tribuit: deinde, ut hanc honori eorum fundare basilicam valeremus, ipselargitus est, &c.

Augustinus lib. de cura pro mortuis, c. 1. meminit Basilicæ S. Felicis: In beatissimi, inquit, Felicis basilica ponetur, &c. & c. 1. de civit. Dei, c. 1. Testatur hoc, inquit, Martyrum loca, & Basilicæ Apostolorum, &c. & c. 20. contra Faustum, c. 21.

Populus Christianus memorias Martyrum religiosa solemnitate celebrat, & lib. 8. civit. Dei cap. 26. Sed hoc videtur dolere, quod memorie Martyrum nostrorum, templis eorum, delubrique fuissent.

Auctor libri de Ecclesiasticis dogmatibus, cap. 73. Martyrum basilicas devotè adandas dicit.

Paulinus natali S. Felicis, dicit se optare, ut possit servire S. Felici in ejus basilica purganda, & custodienda.

Et foribus servare tuis, tua limina manè Manducie curare fines, & nos vicissim Excubiis prævere piis, & munere in isto Claudere servatam desſo corpore vitam.

Vitalis Uticensis lib. 1. perfectionibus Vandaliæ scribit, apud Carthagenſes duas amplas basilicas S. Cypriani fuisse, Gregor. lib. 2. Dialog. c. 8. scribit à S. Benedicto in monte Casino duo sana Apollinis verba in oratoria Sanctorum, unum Martini, alterum Joannis.

Liber Pontificalis testatur, Sylvestrum dedicasse Basilicas à Constantino extructas, unam Petro, alteram Paulo, tertiam Joanni & quartam Laurentio, & alias; Liberium B. Mariæ; Damatum aliam S. Laurentio; Innocentium S. Gervasio, & Prothasios Sixtum B. Mariæ, & S. Laurentio Leonem S. Cornelio; Gelasium S. Euphemie; Symmachum S. Andrea; Joannem I. S. Philippo, & Jacobo; Pelagium II. S. Laurentio; Gregorium S. Agathæ; Bonifacium IV. S. Mariæ; & omnibus Sanctis. Qui omnes Pontifices, excepto Gregorio, & Bonifacio, ante mille annos floruerunt.

Porrò observandum hoc loco nomine reliquiarum non solum intelligi ossa, & vestes, sed etiam loca ubi, Sancti passi sunt, vel ubi habitaverunt, aut ipsæ preclærè gesserunt. Et hoc modo extructæ fuerunt Cypriano duæ Basilicæ, teste Vithore lib. 1. una, ubi passus erat, altera, ubi jacebat corpus ejus. Similiter hoc modo extructæ sunt multæ basilicæ B. Mariæ, vel in Angelis, in locis ubi apparuerunt, vel miracula aliqua, ostenderunt.

Addo etiam posse erigi basilicas ad Sanctorum memoriam conservandam per imaginem, per ipsum solum nomen. Nimirum potest erigi basilica S. Petro, ut qui ingrediuntur, admoniti imagine ibi depicta, in usum templi nomine, recordentur S. Petri, eumque in eo loco tanquam patronum colant, & deprecantur.

Secundo, distinguendum inter templum, & basilicam. Nam sacra aedes proprie templum dicitur, quatenus erigitur ad sacrificia; eadem sacra aedes dicitur basilica quatenus erigitur ad ornatum sepulchri alicujus Sancti, & commoditatem visitantium ejusmodi reliquias. Basilica enim non dicit relationem ad sacrificia, nam etiam Regum palatia dicuntur Basilicæ, ut patet Heliodor. 5. immò ea palatia proprie dicuntur Basilicæ, & inde nomen translatum est ad Martyrum aedes significandas.

Augustinus clarissimè testatur, templi erectionem esse cultum latræ soli Deo debitum, lib. 1. contra Maximum, & c. 1. contra sermonem Ariariorum: idemque Aug. conjungit templum cum altari, & sacrificio, lib. 8. de civit. Dei, cap. ult. docens cui convenit unum eorum, & alia convenire, & contra: & tamen in istis locis factur, memorias rectè Martyribus ædificari, & præcipue locus notandus est lib. 22. de civit. Dei, c. 10. ubi sic ait: Nos autem Martyribus nostris; non templa sicut diis, sed memorias sicut hominibus, quorum apud Deum vivunt spiritus, fabricamus. Et nunquam Augustinus dicit templum Martyrum: & tamen passim dicit basilicas Martyrum: quod etiam in aliis Latinis Patribus observare licet.

Porrò Græci dicunt quidem templa Martyribus fabricari,

vel dedicari, ut patet ex Basilio in Psalm. 114. ubi vocat, τὸν τῶν μαρτύρων, & similiter loquuntur Nyſſenus, & alii: tamen certum est, eos intelligere materialiter, id est, domum illam, quæ dicitur templum, fabricari Martyribus non tamen sub ratione templi, sed basilicæ, ad ornandam memoriam ipsorum Sanctorum.

CIRCA CONSECRATIONEM.

Contra eosdem. Magdeburgenses Cent. 4. c. 6. col. 407. & 409. segg. tria in dedicationibus reprehendunt. Primo, quod templa à nobis cum ingenti lætitia, & celebritate dedicentur: quod ortum esse dicunt in xxxv. Judæismi, & esse rursum introducere Judæismum in Ecclesiam.

Secundo, quod utamur tot. ceremoniis in consecratione templorum; nam præter alias, quædam sunt, quæ non videntur posse excusari à superstitione, & Magia: nam primò pinguntur duodecim cruce, & ante singulas accenduntur singule lampades; deinde pulsatur templum, & aperitur, tum describitur in pavimento super cineres ad hoc sparsos, baculo Pastoralis Alphabetum Græcum ab uno angulo ad alium, ita ut inde crux fiat, tum fit mixtura ex aqua, vino, sale, & cineribus, & inde aspergitur templum: ac demum templum, & ara Chriftimæ inunguntur.

Tertiò, arguunt, quod putemus templa esse loca sanctorum cæteris: quod etiam reprehendit Calvinus lib. instit. c. 20. §. 30. Verum cum his erroribus, & opinionum figmentis abundè satisfactum sit in superioribus; ubi de templorum dedicatione, & ceremoniis differimus, transitum faciemus ad errores alios.

CIRCA ORNATUM.

Adversus eosdem, & alios antiquos hereticos. Reprehendunt hunc ornatum tam veteres, Petrobrusiani, & Vviclefista, quam etiam Lutherani, & Calvinistæ: At pro Catholicorum in hac re pietate plura antiquitatis testimonia, & exempla adducta sunt superioribus titulis, ubi fuscè de ornatu tam externo, quam interno agitur.

CIRCA FORMAM.

Reprehendunt quoque hæretici passim Templorum nostrorum formam, quod scilicet in tres vel distinctas mansiones eam partiamur, ad orientem eadem convertimus. Sed partim ex fabrica veteris templi, quod nostrorum typus erat: partim ex usu primitivæ Ecclesiæ, & rationibus, quas pro eodem produximus supra, facile uterque hic error convellitur.

CIRCA ORATIONEM IN TEMPO FACIENDAM.

Omnes hujus temporis Hæretici negant, Ecclesiam ad orandum institui oportere, quasi oratio sit efficacior in loco, quam in alio: cum Christus jussisset orantes intrare cubiculum, & Paulus viros vellet in omni loco orare. Cavendum est ait Calvinus lib. 3. instit. cap. 20. num. 30. ne secretariis nescio quam templis assignamus sanctitatem, quæ sacrationem apud Deum orationem reddat. Vera enim Dei templa cum sumus ipsi, in nobis oremus oportet in templo sancto suo Deum volumus invocare. Illam verò crassitiam Judæis, aut gentibus relinquamus, qui præceptum habemus de invocando citrà loci discretionem, in spiritu, & veritate Domino. Hic Sic Calvinus.

Sed hæc Massilianorum veteris etiam hæresis fuit, & teste Damasceno hæres. 80. cæteris suis hæresibus adiciebant templorum, & ararum contemptum, & quod spirituales viri contenti esse deberent precibus, quas in facellis, & oratoriis privatis explerent.

Similis quoque illius magni schismatici Jeroboam vox erat, eum peccare fecit Israel, & commemorat Josephus Antiq. Judæic. lib. 8. c. 3. Viti, inquit, populares notum vobis existimo, quòd nullus locus Deo est vacuus, & quòd is nullo certo loco includitur, sed ubique vota exaudit, ubique cultores suos respicit.

Sed contra hanc imposturam pleraque diximus in loco de Oratione. Tit. Locis Orationis. Quibus ad majorem confirmationem addimus sequentia.

Lib. 3. Reg. cap. 8. & 2. Paral. 6. Salomon affirmat, templum factum esse, ut sit locus orationis, & pctit à Deo, ut quicumque oraverit, exaudiat. 3. Reg. 9. Deus apparet Salomoni pollicetur ita futurum, ut ille petierat.

1. Reg. 1. Anna precatur Dominum ad Tabernaculum accedens, ubi erat ara, ibique orans exaudita est.

2. Reg. 7. David precatur perire ad tabernaculum, & coram ara Domini orare cepit: ac certe nisi parasset, ubi Dominum magis esse presentem, & facilius orationem exaudiri, domi sua mansisset. Idem 1. Paralip. 21. Voluit ire ad tabernaculum Domini in Gabaon, ut oraret pro averteuda peste a populo, sed non prevaluit nimio timore petentibus, ideo in ipsa Hierusalem extruxit altare.

Daniel oratus; quia non poterat ingredi templum, in Babylone exiens captivus, saltem aperta fenestra orabat ad eam partem convertens, ubi fuerat templum Domini. Daniel. 6.

Anna filia Phanuelis, non discedebat de templo, jejuniis, & obsecrationibus fervens, nocte, & die. Luc. 2.

Publicanus in templo orans justificatur. Luc. 8.

Petrus, & Joannes ascendebant in templum ad horam orationis nomam. Act. 3.

Eunuchus Reginae Aethiopiae venerat adorare in Hierusalem. Act. 8.

His omnibus accedit testimonium Isaie cap. 56. ubi per illum dicit Deus domum suam domum orationis, & coque epitheto rursus utitur Christus Matth. 21. dicens: Domus mea domus orationis vocabitur, id est, templum meo cultui consecratum primario ad adorationem institutum est, ideoque ab hac merito nomen sortitur.

Certe Tabernaculum a Moysse in deserto erectum, templum a Salomone Deo vero exadificatum manifeste hoc demonstrant, ubi sacrificare, orare, Deum invocare sacerdos cum populo, & populus cum sacerdote debeat. Quod cum non fieret, profanari suam domum Deus per prophetas conquelescit, ut apud Jerem. cap. 7. Nunquid spelunca latronum facta est domus ista, in qua invocatum est nomen meum; &c.

Est autem singulariter notandum, quod cum Christus Dominus cruciatam oblationem, quae semel erat facienda sub dio faceret, fuit corporis oblationem, quae alterius memoriam perpetuo renovanda erat, non nisi in domo constituit: ejus etiam figura agni paschalis manducatio non nisi in domibus, vel tabernaculis, vel demum in templo fiebat.

Apostoli ipsi, qui verba Christi optime intellexerunt, cum adhuc templa Christianorum propria non essent, ipsum Judaicum templum orationis causa petiverunt, ut de Petro, & Joanne ante diximus. Quare nota Augusti de doctr. Christian. lib. 5. cap. 6. quod tam Apostoli, quam alii primi credentes in templo veteri Deo serviebant.

Notum est, D. Jacobum Apostolum, & Episcopum Hierosolymitanum, multis annis post Christum in ipso templo Judaico assidue precibus Deum coluisse, utpote cui soli concessum erat in Sancta Sanctorum ingredi, & ejus tanta fuit in templo orandi assiduitas, ut genua ejus callum obdlexerint, teste tota antiquitate.

D. quoque Joannes Apostolus ita devotè, & assidue in templo orabat, ut ultima jam senectute per discipulorum manus ad Ecclesiam deferri soleret, teste Hieron. in Catal. quor. illust.

Isti Sancti illud Christi praeceptum de orando Deum in spiritu, & veritate sic intellexerunt, ut loci tamen discretionem contra Calvinum, & templi frequentationem probarent: nec orationem Judaicam, sed pietatem Christianam esse judicabant. Deum in templis consecratis orare. Quis enim Christianus ad Ecclesiam non pergat sollicitè sanus, & robustus, quo tantus Apostolus Joannes deferri voluit decrepitus, & semimortuus?

Augustinus lib. 3. bist. cap. 17. testatur ex Philone, primos Christianos singulis penè locis adesse construxisse, quas orationi consecrarent, qui mos ab Apostolis emanavit, & ad mundi finem perdurabit.

Deinde templum vocatur Domus Dei, & dicitur in eo Deus habitare, quia in templis tanquam locis ejus cultui consecratis, ideoque ei magis acceptis, preces suorum facilius exaudit, quam in alio quovis loco ceteris partibus, id est, si paripede, studio, fide, (quas virtutes ipsa loci circumstantia, & ea quae in templis aguntur, plurimum excitant, atque confirmant) Deus illic invocetur.

Præter eam presentiam, quae ubique est, adest ordinariè ipsè mediator noster in Eucharistia Sacramento, quod non parum auget fiduciam nostram, & religiosè menti reverentiam timorem incutit; nam ubi est Christus, inquit S. Chrys. hom. 26. in epist. ad Corinth. in Eucharistia, ibi

etiam non deest Angelorum frequentia: ubi autem est talis Rex, & tales Principes, ibi est caeleste palatium, & caelum ipsum.

Observatione dignum, quod olim Salomon in suo templo edificaverit atrium, ejus universa fabrica speciem referebat Leonis, ut quæ versis Orientem latior erat, quam versus Occidentem, Leo autem pectore latior est, quam tergo. Eamque ob causam Rabbi Hebraeorum dicitur toti operi inditum nomen Ariel, quod interpretatur Leonem Dei: quia in eo loco Deus se leonem, id est, potentissimum demonstrabat, ut intelligeret populus, templum maxima cum fiducia orationis causa frequentandum, unde nimirum Deus adversus hostes ipsius tam visibiles, quam invisibiles in campis prodiret, quod disertis verbis ab Isaia traditum: Quomodo frugiar leo, & catulus leonis super prædam suam: sic descendet Dominus exercituum, ut prælietur supra montem Sion, & collem ejus.

Deum porro in templis facilius exaudire, & proinde preces ceteris partibus, magis in Ecclesia, quam in domo cuiusque Deo placere magis utiles, ac salutares esse, SS. Patres, & ac doctissima Ecclesia lumina crediderunt, ac docuerunt S. Chrysostom. hom. 3. de incompreh. Dei natur. scribit, & nostri temporis haereticos, vel etiam frigidus Catholicos doctissime coarguit. O frigidam excaecationem, quam à compluribus reddi audio! Orare vel domi postumus dicunt: sed homilia, doctrinamque audire non nisi in Ecclesia possumus. Te homo decipis, & magno in errore versaris. Nam est, & domi quoque orandi datur facultas, fieri tamen non potest, ut domi tam bene ores, quam in Ecclesia ubi tot patres, ubi clamor felicitatis societas exitus ad Deum immortalis referatur. Non pariter exoras, cum Dominum solo obsecras, atque tuis cum fratribus. Et paulo post: Tempore illo (tempus oblationis, & sacrificii dicit, quod Christi corpus, & sanguis consecratur) mi frater charissime, non solum homines clamorem illum terribilem reddunt, sed etiam Angeli Domino genuflectunt, & Archangeli rogant: habent sibi tempus idoneum, habent sacram oblationem in favore: Hæc ille. Duas causas adfert cur in templo orationes facta plus apud Deum valeant. Una est propter conjunctas plurimum fratrum orationes, quod paulo post confirmat exemplo primorum credentium, qui pro Petro in vinculis solliciti communes preces faciebant: vel exemplo Pauli, qui Corinthios rogat, ut pro eo simul, ac communiter orent. 2. Cor. 1. Altera est, propter sacrificii, & oblationis in Missa presentiam. Multo enim vehementius (ait Petrus Abbas Cluniacensis doctissimus contra Henricianos) ad admirandum, atque amandum Christum accendit ejus demonstrata presentia, quam prædicata absentia.

Tertiam adhuc causam adfert D. Leo Magnus serm. 3. de jejuniis 7. mensis cur plus valeant publicæ in Ecclesia orationes, quam domi private. Nempe quia ex obedientia præcepto Ecclesie sunt. Divinum, inquit, reverentia functionum inter qualibet spontanea observantia studia semper habet privilegium suum, ut sacrificii sit, quod publica lege celebratur, quam quod privata institutione tenetur. Hæc ille, de jejuniis quidem: sed de oratione quoque publica, quæ jejuniis publico semper conjuncta fuit, etiam hoc sensisse dubitari non potest. Porro certo certius est, idcirco diaboli astu à templis orandi causa adendum multos vocari, ne opus publicæ cuiusdam obedientie faciant, loca, & horas orandi constitutas observando.

Quartò, sunt in Ecclesia presentes Angeli, ut paulo ante tetigimus; qui preces nostras deserant ante conspectum divinæ majestatis: quomodo eos Tobias senior, & Concilio fecisse clarum est. Ubi Rex, ibi curia: quod & figuratum in loco illo, ubi Jacob erexit lapidem in titulum in symbolum Ecclesie, & exclamavit; O quam terribilis est locus iste! adversus illos, videlicet, qui reverent, & devotè eum non frequentant. Verè Dominus est in loco isto, & vidit in eodem Scalum erectam ad caelos extensam, & per eam ascendentes, & descendentes Angelos, quo significabatur in Ecclesiis consecratis, (jam enim lapidem Jacob obo inunxerat) esse continuum Angelorum ascensum, & descensum; cum ut opera, & preces nostras deserant, tum ut beneficiorum celestium charismata reportent, & tueantur eos, quorum protectioni assidue incumbunt.

Quintò, ipse locus devotionem augeat, immò movet, omnia namque in templis Catholicorum orationes, & devotionis accommodata reperies, adest imprimis omnis obambulation, strepitus,

pitus, negotiatio, quæ Ecclesis proh dolor! aut conventiculis hæreticorum communia sunt, ut nunc fori, nunc peristylli, nunc negotiationis, & officinae formam induant, adest nitor, & ornatus non vulgaris, quem populi zelus, & divini cultus fervor adhibet. Alarum, quæ sunt velut arte facta, in quibus salus nostræ auctor inmolatur pro vitæ, & defunctis: tabulae mysteriorum divinarum, aut factorum exemplorum imagines proponentes: Sanctorum etiam reliquiae, immò parietes ipsi Deo dicati, pietatem spirant, & provocant, dum nunc Christum in cruce extensum, flagellatum, coronatum, pœnitentibus obiciunt: nunc Laurentium, Stephanum, Agnetem, insanda sustinentes pro veritatis defensione, offendunt infirmioribus in fides: nunc obduratis Magdalenam lachrymantem: rapacibus, & avaris Zachæam ablatae conscientie: superbis Mariæ humilitatem, & Centurionis reverentiam: desperandum, latronis in cruce pendentis supremam salutem: aliis alta oculis opponunt.

Plura pro hoc argumento tam fecundè reperiet Lector apud Cardinalem Bellarm. 1. 3. de cultu SS. cap. 4. tom. 2. Contravers. & fusc in gratiam concionatorum apud Laurent. Beyerlinck in Promptuario Morali tom. 3. in dedicatione Ecclesie textu 3.

\* DE TEMPLORUM POLLUTIONE, ITA UT CONSECRARI RURSUS DEBEANT.

PER QUOS ACTUS FIAT.

Non hic loquimur de illis actibus, five fortuiti sint, five voluntarii, pro quos templa, aut Deo dedicata loca destruantur, atque evertantur, ut verbi gratia incendium, aut aliud excidium, quavis ex casu etiam excedenda reddatur, hoc est consecratio ejus destruat, adeoque repeti debeat: non tamen illius benedictio, quæ solo, five pavimento adhaeret, amittitur, ut notavit Saur lib. 3. de statu relig. c. 2. sed de illis actibus agimus in presentia, qui jure vetiti sunt in Ecclesia fieri, ac gravia sacrilegia venientur si fiat, illique Ecclesia polluitur, ut consecranda iterum veniat, & expurganda.

Sunt autem tales actiones quinque. Primò vetitum est in Ecclesia homicidium: nam illo polluitur, ut constat ex cap. Proposuit, de consecr. Eccles. Intellige autem de voluntario, & injurioso, non de casuali, quod nec sacrilegium est, nec Ecclesiam polluit. Ad quod tamen sufficeret, si indirectè voluntarium, & ita tenet DD. cum Panorm. in dicto cap. Proposuit.

Secundò, prohibita est in Ecclesia sanguinis humani effusio, cap. Ecclesie de consecr. Eccles. de consecr. dist. 1. Intellige iterum de injuriosa, & voluntaria effusione, non casuali, aut naturali, aut medicinali, aut quæ fiat in defensionem propriam.

Et perinde est, an sanguis effusus attingat Ecclesie pavementum, vel muros, an non: non enim Ecclesia violatur per contactum sanguinis, sed per violentam effusionem, quam tunc censetur, si sequatur percussio nem gravem, quæ ad mortale peccatum sufficeret: ita Vitoria in summa n. 99.

Tertio, violatur Ecclesia per voluntariam humani seminis effusionem, factam intra Ecclesiam, eamque illicita quovis genere turpitudinis, ac publicam. Sub qua non comprehenditur, quæ fiet jure ex causa per actum conjugalem.

Quartò, si in Ecclesia sepeliatur fidelis nominatim excommunicatus, aut manifestus percussor Clerici, tradunt omnes ex cap. Consulisti, eam pollui: immò addunt idem Evenie, si Ecclesia ab Episcopo excommunicato consecratur, vel benedicatur: ita Palud. & Sylvester, cum Hostiensis in dicto cap. Consulisti.

Quintò, violatur Ecclesia, quando aliquis paganus, vel infidelis in ea sepelitur, vel sepultus jacet, ex c. Ecclesiam 1. c. 2. de consecr. dist. 1. Per paganus autem, & infidelem intellige etiam puerum ante baptismum mortuum, est enim talis infidelis, saltem negativè. Ad dunt Sylvester, & alii hoc non procedere, si mulier fidelis pregnantis in Ecclesia sepellatur cum puero ante partum. Verum si puer ille vivat, ratione homicidii polluetur Ecclesia, non verò si in utero mortuus fuerit, tunc enim per se non censetur sepeliri, sed per accidens cum matre. Quinque hi casus etiam locum habent in Ecclesiis, etiam si non sint consecratae, sed simpliciter benedictæ. Item in cœmeteriis, quæ proinde violantur violata Ecclesia, non tamen è converso. Quod iterum intellige de cœmeterio, quod fit Ecclesie contiguum.

Præter hos casus alius est supra indicatus, quando parietes

Ecclesie comburantur, aut ita destruantur, ut reedificari eam oporteat, dummodò ipsi parietes simul ruant, ut in quibus potissimum sit consecratio, unctio Chrismatum, &c. Colligitur ex c. Lignis, de consecr. Eccles. & c. Ecclesie, de consecr. dist. 1. & latè tractat Sylvester verb. Consecratio. 2. dist. 4. Vide etiam de hoc argumento Suarez tom. 3. part. 3. dist. 81. sect. 4.

Tempus.

\* DEFINITIO, & ETYMOLOGIA.

Tempus, Græcè χρόνος, Hebraicè Heth. hinc tres annus: definitur autem tempus ab Aristotele 1. 4. Physic. numerus motus secundum prius, posteriusque, hoc est; Tempus est quantitas continua certo numero partium circumscripta, per se apta mensurare motum nempe durationem; quatenus habet partes sibi mutuò succedentes: unde æternitas non est tempus, quia est duratio in se indivisibilis, nec constat certo numero partium, à quo dici possit numerus numeratus, qualis intelligitur in definitione temporis.

\* TEMPORIS PROPRIETATES.

I. Tempus partim minimum, partim non minimum, ut enim est quantitas continua, dicitur non minimum, omne enim continuum est in infinitum divisibile.

II. Tempus non dicitur velox, aut tardum; quia numerus quo numeramus, non est velox, aut tardus: sed multum, & paucum, longum, & breve dicitur.

III. Est etiam simul idem ubique, nempe tempus præsens est simul ubique officio mensurandi omnes motus præsentis, tanquam eorum mensura externa: non est autem idem prius, posteriusque; id est, tempus præteritum, & futurum non sunt idem simul ubique, non enim motus mutuos mensurant, uti neque omnes sibi proprios, hoc est, tempus idem præteritum non mensurat omnes motus præteritos, &c.

IV. Ut motus unus, atque idem iterum, atque iterum esse potest, ita tempus idem intelligi potest, non numero: neque enim tempus idem numero redire potest, quod semel effluxit. Infinitat illud Ovid. lib. 3. de arte amandi.

Excurret anni more fluentis aque,  
Nec qua præterit, cursu revocabitur unda:  
Nec qua præterit hora, redire potest.  
Utendum est aetate, cito pede labitur ætas,  
Nec bona tam sequitur, quam bona prima fuit.

V. Philosophorum documentis, & experientia teste doceatur, nihil magis convenire tempori, quam omnia mortalia consumere: unde Ovid. lib. 4. de Pont. 8.

Tabida consumit ferrum, lapidesque vetustas,  
Nullaque res majus tempore robur habet,  
unde Scælio loco vocat Tempus edax verum lib. 15. metamorph. Diogeni Philosopho tale obigit Epitaphium:

Ἐπίταφον τοῦ χρόνου ὁπὸν ἔχουσιν οἱ ἄνθρωποι  
Καὶ οὐκ ἔστιν αὐτῷ ἀποδοῦναι τι  
Μῖσος ἐπιβόητος ἀνθρώπων δόξαν ἰδέσθαι  
Ὀρθαίς τοῦ χρόνου οὐκ ἀπαρτίζονται.

Æra quidam absumit tempus, sed tempore nunquam Interitura tua est gloria, Diogenes. Quandoquidem ad vitam miseris mortalibus æquam.

Monstrata est facilitas de duce, & amplior via, Neque ulla promptior curatur, & dolorum medicina est, quam Tempus, quod iterum Ovidius lib. 2. de art. vana sunt tempora cura.

Philippides in Philippo. Ο χρόνος ἰατρὸς ἐστὶν ἀσθενῶν χρόνος. Tempus te sanabit, quod communis est medicus.

Menander Comicus. Πᾶσι τὸν ἰατρὸν τὸν χρόνον καλοῦν, Χρόνος ἐστὶν, ὅσος εἶναι ἰατρὸς. Medicus omnium necessariorum malorum Tempus est, quod tibi quoque nunc medebitur.

Diphilus. Ἄνευ δὲ χρόνου οὐκ ἔστιν ἰατρὸς χρόνος, Tempus omni malitia medetur.

Philetes in Cerevo. Ἄλλὰ τίς χρόνος ἰδὼν, ὅτι ἐκ δὲ χρόνου οὐκ ἔστιν ἰατρὸς, Ἐλλὰ τίς, ὅτι ἀπὸ χρόνου φέρειται πῶρος ἔργον. Kai τὸν αἶμα πᾶσι καὶ ἀσθενῶν καὶ ἀσθενῶν. Κάθε δὲ χρόνος αἶμα ἐκ πᾶσι δαίμων.

Cum tempus aderit, quod aegrotos, ut dolores concoquat Destinatū est, & solum luctus remedia continet: Nam